Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

1602. Oblata granitierum intern bona Żurawica, Buszkowice etc. 1609. S. 16.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BIBLJOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR Dr. A. CZOŁOWSKIEGO
Nr. rękopisu 1602.

4

Rozgraniczenie 1.
Żyrawicy, Bykowa etc.
1604

Comparentes personaliter coram Iudi
cio Possessionis Actorum Terrestrium
Premislien sium, eisdemque praesenti
bus Actis, Reverendi Laurentius Zo
iecki Cantor, Stanislaus Mieskowski
Officialis, et Concionator Ecclesiae
Cathedralis Premisliensis, Suo et
aliorum Praelatorum, ac totius Capi
tuli Ecclesiae Cathedralis Premislien
sis nominibus, Pro Quorum Ratiha
bitione Cavent, A Terris Districtibus
Iuribus Iurisdictionibusque Suis
Quibusvis Proprijs ac Foro Competen
ti Recedendo, Huic autem Iurisdictio
ni Terrestri Premisliensi, Quo Ad
Actum praesentem attinet, Se cum
Successoribus ac Bonis Suis omni
bus totaliter et plenarie Incorporando
atque Subijciendo, palam libere et
per expressum Recognoverunt
Quia Ipsi Satisfaciendo Inscriptioni
Castrensi Premisliensi et Submit

1602

OSSOLIN.

sioni in Ea contentis, Eandem Inscriptionem ad Acta præsentia vim Perpetuitatis haberi, ex Actis præfatis Castrensibus pro suo Interesse transportant juxta Tenorem Infrascriptum. Comparentes personaliter Coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Illustris et Magnificus Sebastianus Lubomirski Comes in Wisnicz Castellanus Woinicensis Bonorum et Villarum, Zyrawica et major Byszkowice Hæres ab una, et Reverendi Paulus Zaiączkowski Archidiaconus, Martinus Brzeski Custos, Stanislaus Mieszkowski Officiales et Concionator Ecclesiæ Cathedralis Premisliensis Bonorum Villæ minorennis Byszkowice Hæredes suo atque totius venerabilis Capituli Ejusdem Ecclesiæ, Pro Eiorum Ratihabitione Cavent, ac se præsentibus Inscribunt nominibus, Sani Mentibus

et Corporibus

et Corporibus existentes, maturaque Deliberatione præhabita, a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictioni: busque Suis quibusvis Competenti bus Recedendo, Huic vero Castren: si Premisliensi Iurisdictioni, Quo ad hunc Actum pertinet, Se cum Suc: cessoribus Succedaneisque Suis, ac Bonis omnibus totaliter plenari: eque Incorporando, palam libere ac per expressum Recognoverunt et Quilibet Illorum Recognovit. Quomodo Ipsi Cupientes Omnes in universum Differentias Inter Se ratione Fundi et Limitum Inter Bona Sua præfata Hæreditaria ex: utrinque exortas Sopire et compla nare, per mediam et Amicabilem Adinventionem, Certorum Suo: rum Amicorum, præsertim vero Generosi Ioannis Swietosławski Succamerarij Terræ Premisliensis,

Actum hunc Officio et Authoritate Sua
Succamerariali personaliter approba:
tis, Talem inter Se Bonorum Suarum
Suprascriptorum abutrinque fecerunt
Perpetuam Dislimitationem, Grani:
tiesque Seu Limites In hunc qui Se:
quitur modum, Temporibus perpetu:
is duraturas Constituerunt. In Primis
Imprimis erecti 3 Sco puli itaque erecti Sunt Tres Scopuli Acia:
les inter Bona prædicta circa viam
Publicam, Quæ tendit ex Villa Wysza:
tycze in Civitatem Premisliensem
circa Rivulum dictum Guzinski
ex Piscina Sub Curia Villæ prædictæ
Zyrawica Constructa ibidemque
ex antiquo Sita, profluente, Duo qui
dem a parte Sinistra ejusdem viæ
quorum alter Bona, et hæreditatem
Villæ Bolestraszyce Generosi Stanislai
Swiętopełk Bolestraszycki denotat, ubi
Nobiles Daniel, Boryszowski et Paulus

Lubikowski

Lubikowski nomine ejusdem Stanislai Boleswaszycki Parietem Ipsius agnoverunt. Alter verò Scopulus Bonorum præfatorum Minoris Byszkowice prædicti Reverendi Stanislai Mieskowski Officialis, atque Capituli Premisliensis Hæreditariorum. Tertius autem sub aggere ejusdem Piscinæ Zyravicensis, à dextra Parte viæ prædictæ, Bona memoratæ Villæ Zyrawica, prædicti Illustris et Magnifici Castellani Woinicensis designati, Ex opposito Eorundem Duorum Scopulorum erectus est. A quibus Tribus Scopulis acialibus eadem via recta ad aliquod Passus Procedendo denique ex via in dextram Partem flectendo, Erectus est Primus Scopulus Parietalis, in Cornu aggeris ejusdem Piscinæ Zyravicensis, Quæ semper ad Villam Zyrawica

Intacta permanere debebit, A quo Scopulo ultra, rectâ Eundo facti Sunt Scopuli, unus post alterum circa, et ad Littus ejusdem Piscinæ Zyraviensis penes Fossatam in numero Sex, A Sexto verò Scopulo, divertit limes veluti inter meridiem et Occasum, Erectique Sunt Scopuli Inter agros cultos Seu Araturas Villæ Zyrawice, à dextra et minoris Byskowicze, à Sinistra Partibus, In numero Quinque, A Quinto verò Scopulo flectit limes et Scopuli facti Sunt veluti Inter Occidentem et Septemtrionem ad viam Publicam Qua itur de Jaroslaw per villam Zyrawica in Civitatem Premisliensem Penes quam Stratam publicam, in eo loco ubi via ex minori Byskowice in Zyrawica ducens, in eandem viam Publicā Incidit, Erecti Sunt Scopuli Duo Parietales, Tandem tendit limes, eadem viâ publica versus Premisliam Eundo

Circa

Circa Quam ex utraque Parte Erecti et positi Sunt Scopuli usque ad Locum ubi Suprafata via ex Villa Wyszatyce Premisliam ducens, in eandem Stratam publicam magnam de Zyrawica eundo, Incurrit. Qui, in loco Concurrentiæ earundem viarum, erecti Sunt Tres Scopuli Aciales ex opposito Sibi, in Formam Trianguli positi. Quorum unus Bona et Hæreditatem Villæ Zyrawica, Alter Bona Villæ Minoris Byszkowice, Tertius Bona Villæ Majoris Byszkowice designant, Et in eo loco Fundus Villæ Zyrawice cum Fundo Villæ minoris Byszkowice Terminatur. Ab Istis autem Tribus Scopulis Acialibus Incipiunt Limites et Granicies Inter Bona et Villas Majoris Byszkowice prædicti Illustris Castellani Woinicensis Hæreditaria ex una, et minoris Byszkowice prædicti Reverendi Officialis, et Capituli

Premisliensis hæreditaria Partibus ex altera. A Quibus, Transeundo eandem viam, ex Wyszatycze Premislia currentem, Intrandoque viam, Quâ ex Zyrawica, in majorem Byszkowice itur, Erecti Sunt penes easdem vias Duo Scopuli Parietales ex utraque Parte viæ ejusdem, ad Byszkowice Currentis, Eademque viâ versus Byszkowice Eundo, Sunt Limites, et Scopuli Erecti Sunt ex utraque Parte ejusdem Viæ, usque ad Viam Quæ ex Villa Bolestraszyce versus Premisliam tendit, Quâ viâ in leram, Partem, Sursum, paululum alcendendo, deinde, ex eadem via, in dextram Partem in agros deflectendo Erectus est Scopulus, penes Eandem viam, in agro Subditi, Magnifici Castellani, et Alter paulo Inferius in Eodem Agro. Tertius autem in Fine ejusdem Agri. A Quo Scopulo deorsum Descendendo Currunt Limites, Sepibus

in Sumonitate

In Summitate Piscinæ Sub Curia Minoris Byrkowice Jacentis positis, Circa Duas Sepes ex utraque Parte Illarum hinc et indé, Erecti Sunt Scopuli usque ad Lacum Sub Curiá ejusdem Villæ Minoris Byrko=wice jacen; ubi in Summitate ejusdem Lacus, ubi Limes in Ipsum Lacum incidit Erecti Sunt Scopuli Duo Parietales, Tandem Eodem Lacu in Sinistram Partem flectendo, Sunt Granicies Seu Limites medietate ejusdem Lacus Qui in gyrum Seu Arcum Incurruntur, usque ad Finem ejusdem Lacus. Ex quo Lacu E=grediendo, Erecti Sunt Scopuli, a De=xtra Parte Fossæ, Per quam, á qua ex eodem Lacu in Fluvium San delabitur Concavitate, per mediam Concavita=tem alias Pozäskiem albo Doliną. Tandem ex eadem Concavitate egredien=do flectit limes In dextram Partem et Scopuli Erecti Sunt, circa Collem alias okolo Garbu, quasi in Circuitum ejusdem Collis usque ad Fluvium San In Quem Fluvium limites incidunt.

et ibi exterminantur, ubi in littore ejus:
dem Fluvij Sqn erecti sunt Duo Scopuli
ultimi Aciales ex utraque Parte viæ
qua ex villa prædicta Majoris Byszko:
wice per vadum post Fluvium Sqn
transitur, Unus Scopulus a Dextra
Parte, Bona villæ Majoris Byszkowice
a Sinistra vero Parte Bona Minoris
Byszkowice denotans, via vero prædi:
cta propter Transvadationem Fluvij
prædicti Sqn semper libera Subditis
de utrisque villis perpetuis Tempori
bus manere debebit, Quas Quidem
Granities a Bonis suis suprasspecificatis mo:
do præmisso erectas vigore Regio et ejusdem
Officij Succamerarialis Authoritate Perpe
tuis Temporibus duraturas, Partes ambæ
esse volunt, ita Quod quidquam Fundi est, A
Dextra Eorundem Scopulorum Parte Perpe:
tuis temporibus ad Bona villarum Zyra:
wica, et majoris Byszkowice prædicti
Magnifici Castellani Woinicensis perti:
nebit. Quidquid vero Fundi á Sinistra Par:
te Eorundem Scopulorum est, Ad Bona
minoris

minoris Ryszkowice memorati Officialis et Capituli prædicti Premislien sis Spectabil. In ævum, Insuper majoris Roboris et firmitatis Gratiâ, Partes memoratæ tam prædictus Illustris et Magnificus Castellanus woinicensis ex una, Quam et prædicti Prælati Suo et totius Capituli nomine Sese cum Suis Successoribus et Succedaneis in et Super Bonis Suis generaliter Omnibus Inscribunt et Obligant Eosdem Limites inter Bona Sua Supranominata, Eo ut Præmissum est modô erectos et Constitutos perpetuis Temporibus tenere, et tam in toto, quam in Parte inviolabiliter observare Sub vadio Ducentarum Marcarum Pecuniæ Polonicalis per Partem præmissa non tenentem, et Successores ac Succedaneos Illius Parti alteri præmissa tenenti et Successoribus Illius ad Solvendum Succumbend. Inscribunt Se quoque Iidem Recognoscentes præfatum Concordium ex his Actis, ad Acta

Quocunque Authentica Regni vim Perpetuitatis habentia, ante decursum me dij Anni personaliter transportare et post Transportationem ad Acta Succameralia Districtus proprij per Oblatam, sivé Ipsi personaliter, Sive per Amicum aliquem inferre Sub vadio Seorsivo Ducentarum Marcarum Pecuniae Polonicalis per Partem praemissa non tenentem, et Successores et Succedaneos Illius, Parti alteri praemissa tenenti, et Successoribus Illius ad Solvendum Succumbendo. Pro Quibus quidem vadio vel vadijs modo praemisso Succubitis ac re aliqua Principali non Completa, Complendisqué praemissis, Citata existens Pars, Ad Instantiam Partis cum Successoribus vel Succedaneis, Ad Judicium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc, modó ut Suprá á Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusqué Suis proprijs et Competentibus Se vero cum Successoribus ac Succedaneis

Bonisqué

Bonisque Suis Omnibus Jurisdiction Judicij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis, Quo ad Respondendum, et Inscriptioni praesenti in toto Satisfacien Incorporan in Primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Stare, parere Respondere, pro vadioque vel vadijs &c. Satis ac re aliqua Principali non Completa, tum Citat Omnibus tam In Parte, quam in toto, toties quoties, opus fuerit Satisfacere debebit et tenebitur Seque ac Suos Successores, et Succedaneos Inscribit et Obligat praesentibus Eundem Terminum primum peremptorium, et alios Omnes Consequentes ejusdem Causae Terminos Semper Peremptorios vera Infirmitate pro majori minorennitate, Successorum Legatione, Intra vel extra Regnum Servitio Militari Ad Munimenta ad Evictorem, vel alijs Quibuscis Legalibus Impedimentis, et Dilatio:

nibus non differendo Ad Quietationem ultra proximos Terminos Iudicij præfati Castrensis Capitanealis Premisliensis, Dilationem Sibi non recipiendo nullasque Motiones, Appellationes, et earum Prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia Pœnis Simplicibus vel Triplicatis Evasionibus, Suspensionibus Fatalijs, Iuris proscriptione Terrestri Bello Conventioneque et alijs Quibusvis Iuris Remedijs et defensis non Subterfugiendo, his Suis præsentibus Personalibus Recognitionibus, mediantibus. Actum in Castro Premisliensi Feriâ Secundâ in Vigilia Festi Sanctæ Catharinæ Virginis, Annô Domini, Millesimô, Sexcentesimô, Octavô, Ioannes Ulinski Vice Capitaneus Premisliensis.

Acta sunt hæc Premisliæ, in Positione Actorum Terrestrium, Feriâ, Tertia, post Festum Sanctæ Agnetis Virginis et Martyris, proximâ, Annô

Domini, Millesimo, Sexcentesimo Nono.

Correxit Kędzierski

Komorowski

1698 Zinteras Matthaei Inter Josephum Misch[illegible] et Valentinum Fredri fratres Divisionem espe tere od lat 50 wkturych mabyc Specyfikacya Zdo [illegible] Summy 6000 na Tamarno Wsiach Zalegley y O Kamienice w mieście

1722 do 5 pt Matthaei tende Anno 1720 ad 1724 Lucrat Certa lsi[illegible] cum ipso [illegible] subditos Wsi[illegible] tycz et Capricatio Oren Oblaty Rowna liberum pascuorum

Juris [illegible] nophauskich post Fredrow ad Lapideam ad [illegible] in possesione [illegible]

3tio Compositionem [illegible] Lubomir sky [illegible] ad [illegible] Zurawica Hereden et Bolestraszyce [illegible] Bole straszyce Hereden respective Comutatio Agrorum Bolestraszy censium [illegible] Sylva libera In [illegible] ad [illegible] Zurawica spectan

Granic [illegible] Bolestraszyce et Wyszatyce które ciągnąć się powinny od wsi Mat kowic po między Bolestra szyce y Wyszatyce przez [illegible] Pasturka ar [illegible] Tertium Cum libera pasinatione permanenti

113 Utrum Joannes et Ge orgius Mnispekowie Filij Francisci Mni szek Debitum Her molai de Zakliczyn Jordan qui ad [illegible] nem Clanocey in Año 1640 sum [illegible] mam 12000 Contraxit alteram 15000 1642 i tidem Contraxit Tertiam summam Gra [illegible] tanta dekonany Balowa Apud [illegible] Hermolaum Jordan 5000 1646 Año Contraxit

Oblata Granitierum In ter Bona Zyrawica Bo rkowice, Bolestraszyce Wyszatyce, et aliorum.

Premisliae 1609. Anno

In Positione Actor. Tedredzia Bane. F. 3 pt. [illegible] S. Agnetis.

Fasc. 299.

NITOSSO BIBLIOT

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER
ul. Ostatnia 17
60-102 Poznań
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.